

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2445

Auteur(s) : Thomas de la Hougue [particulier]

Bénéficiaire(s) : Coutances (hôtel-Dieu)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1240

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Thomas de la Hougue, croisé, vend à l'Hôpital de Coutances, pour servir aux frais de son voyage en Terre Sainte et moyennant trente livres tournois qui proviennent d'une donation du feu roi Louis VIII à cette maison, trois tènements d'héritage sis à Roncey.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Le Cacheux Paul, *Essai historique sur l'Hôtel-Dieu de Coutances*, l'hôpital-général et les Augustines hospitalières depuis l'origine jusqu'à la Révolution avec cartulaire général, Paris, Picard, 1895-1899, 2 vol., t. 2, n° LII, p. 41-42.

Texte établi d'après a

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, Thomas de Hoga, filius Eremborch de Hoga, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod, ego, Thomas de Hoga, crucesignatus, pro negocio peregrinationis mee, vendidi assensu et voluntate nobilis viri Ricardi de Corceio militis et Gileberti de Bohon primogeniti mei, hospitali Sancti Spiritus et beati Anthonii Constanciensi totum tenementum quod tenebat de me jure hereditario Radulfus Peernelle in parrochia de Ronceio, in hamello qui vocatur Heineville, pro quo tenemento predictus Radulfus reddebat michi singulis annis quatuordecim boissellos frumenti ad festum sancti Michaelis, ad magnam mensuram domini de Hoga et tres panes cenomannenses et tres gallinas ad Nathale et quadraginta ova ad Pascha, de quibus habebit II denarios pro cibo. Et totum tenementum quod tenebat de me Humfridus Peernelle in eadem parrochia et in eodem hamello, pro quo reddebat michi annuatim septem boissellos frumenti ad eandem mensuram et duos panes cenomannenses et II gallinas et XX ova ad eosdem terminos, de quibus habebit. J. denarium pro cibo. Et totum tenementum quod tenebat de me Willelmus Le Bochier in eadem parrochia apud Hogam, pro quo reddebat michi novem boissellos frumenti annuatim ad eandem mensuram et IIos panes cenomannenses et duas gallinas et XX ova ad predictos terminos, de quibus habebit unum denarium pro cibo. Prenominati vero homines et heredes sui tenebunt de cetero predicta tenementa de predicto hospitali, absque ulla reclamatione mei vel heredum meorum, acquietando predicta tenementa de omnibus actionibus versus dominos capitales. Pro hac autem venditione, ego prenominatus Thomas recepi de bonis predicti hospitalis triginta libras turonensis, quas pauperes habebant de elemosina illustrissimi Ludovici regis Gallie defuncti ; unde ego et heredes mei tenemur omnia predicta predicto hospitali imperpetuum bona fide garantizare vel alio loco in proprio feodo nostro, si forte necesse, fuerit ad valorem competenter excambiare. Actum est hoc anno gratie M^o CC^o quadragesimo. In cuius rei testimonium et munimen, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi, et ad

majorem firmitatem Gillebertus de Bohon primogenitus meus ad petitionem meam eidem carte sigillum suum apposuit.